spargitur. ab intima sui cognitione re
mouetur. Si autem se deo uacare appetat.
et ramos multimode cogitationis ab
scidat: tunc libere conspicitur quod de in
tima carnis radice prodit. Carduus si
nascatur in uia. itinerantium pedibus
teritur: atque ipso usu transeuntium eius
superficies ne appareat confringatur. Sed
quamuis desuper fricantes spine non appare
ant. subter tamen radix occulta perdurat. Si
autem cum pedes transeuntium tere
re eam calcare cessauerint. mox in superfi
ciem surgendo progreditur. et per spinam pro
dit in publicum. quicquid in radice ui
uebat occultum. Ita et in corde secula
rium sepe occulta quedam temptationum
radix non facile apparet emergere: quia ue
lut in uia actionum sita. transeuntium
teritur pede cogitationum. et per innu
meras curas quasi multis itineranti
bus premitur: ne uideatur. Si autem per con
uersionis gratiam. a uia cordis curarum
turba remouetur. ut nulla actionum
insolentia conterat. nullus cogitatio
num tumultus premat. tunc quod occul
tum latebat agnoscitur. et de radice ui
tiorum pungit libere spina temptatio
num. Contra quem bene uiuentis ma
nu agitur. ut in quantum potest fieri
non tegatur occulta. sed radicitus euella
tur. Quod donec fiat. unius cuiusque
conuersi animum. ita hec spina contur
bat. ut sepe percussione subita pene su
perari se sentiat: cuius que uulnus me
dullitus infictum. execrabiliter pru

rescat. Plerumque uero ipsi temptatio
num stimuli dum in usu ueniunt di
latantur: et non quidem acriores. sed longio
res existunt. Minus autem dolent.
sed magis inficiunt: quia dum menti
diutius adherent: tanto sunt minus
pauendi. quanto magis assueti. Inter hec ergo
deprehensa mens. huc illucque distenditur.
et multiplicibus temptationum estibus dis
sipatur. et sepe hinc inde prouocata.
cui temptanti uitio obuiet. uel quod
primum impugnet ignorat. Unde
plerumque euenit. ut dum nimis insur
gentia uitia cruciant. dum repugnan
tis animum iam iamque quasi in lapsum
desperationis inclinant: conuersus
quisque hanc ipsam sublimitatis uiam
quam sibi ad remedium elegit. expaue
scat: et quasi in summo eductus ti
tubat. qui in imo solidius stabat. Sed
quia misericors deus probari nos permit
tit temptationibus non reprobari. sicut
scriptum est. Fidelis autem deus qui non patietur
uos temptari super id quod potestis. sed faciet
et cum temptatione etiam prouentum
ut possitis sustinere: citius consolatio
nis ope occurrit: et surgentes tempta
tionum stimulos mitigat. impugnan
tes que motus interna pace tranquillat.
Moxque anima immensam de spe cele
sti leticiam percipit. dum deuictum malum
respicit quod tolerauit. Quod nouiter conuer
si non debent ad exteriora officia promoueri.

Sepe nonnulli aperte Mo. l. viii. c. xxi.
prauitatis uias deserunt. recta

tis habitum sumunt. Mox quod ut prima limina bene vivendi contigerint, obliti qui fuerint, affligi iam per penitentiam de consummatis nequitiis nolunt. Laudari autem de inchoata iustitia appetunt; preesse ceteris etiam melioribus concupiscunt. Quos plerumque dum iuxta votum presens prosperitas sequitur, multo quam prius fuerant de sanctitatis habitu peiores fiunt. Nam rebus multiplicibus occupati, atque ipsa occupatione confusi, non solum perpetrata minime deplorant, sed adhuc que deploreant exaggerant. Qui enim mundum deserunt, ad exteriora officia provehi non debent, nisi per humilitatem diutius in huiusdem mundi contemptu solidentur. Citius namque bona depereunt, que hominibus ante tempus innotescunt; quia arbusta plantata prius quam radice fixa convalescant, si manus concutientis tangit, arefacit. At si in alto radix figitur, et terre humoribus conspersa solidatur, et hec manus impellit, sed non ledit; hec et ventorum flatus in flectendo concutiunt, sed non evellunt. Necesse ergo est ut quisquis vitam cepti operis diu ac robuste in alto humilitatis figenda est radix cordis; ut cum ab humano ore detractionis aura vel favoris flaverit, et si in qualibet parte utcumque inclinaverit animum, funditus non evellat, sed ad statum suum protinus post inflexionem redeat, si apud se fortis in radice perdurat. Quid in terebus excrescentibus

pariete exurgente robustius. Qui tamen si dum construitur impellatur, statim sine labore destruitur. Si autem per spatium temporis ab humore suo exsiccari permittatur, sepe quod arietum ictibus minime quassatur. Sic sic videlicet bona nostra et intempestive manifestata depereunt, que diutius occultata solidantur. Quia humane occupationis manus cum incipientem conversationis nostre vitam contigerit, quasi recentem parietem repellit. Cum vero in longa quietis sue abiectione se animus comprimit, quasi more exsiccati parietis contra ictus obdurescit, et confractum protinus resilit omne quod solidum ferit. Sepe autem nove conversationis primordia adhuc ex carnali vita conspersa, et ideo innotescere citius non debent, ne cum laudantur bona que placent, deceptus laude sua animus deprehendere in eis nequeat mala que latent.

xxii Quomodo debeant diligere proximos suos. Capitulum xxiii. xxii

Sunt plerique qui non solum aliena non appetunt, verum etiam cuncta que possident in mundo derelinquunt. Semetipsos despiciunt, nullam presentis vite gloriam requirunt, ab huius mundi se actionibus separant, et penes se quicquid prosperitatis adulaverant calcant. Sed tamen adhuc vinculis carnalis cogitationis obligati, dum amore propinquitatis indiscrete detinentur, ad ea sepe per affectum cognationum redeunt que